Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Corpus Christi dignè sumentibus septem bona facit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

Corpus Chriſti dignè ſumptum ſeptem bona facit.

Ambr. PRimum eſt remiſsio peccato-
rum. In ipſo (inquit Ambroſi-
us) eſt remiſſio peccatorum, &
poſtulatio diuinę conſolationis. Se-
cundum eſt dęmonum liberatio. Vi-
Ambr. de idem Ambroſius. Suſcipe domi-
num Ieſum tuæ mentis hoſpitium,
ubi corpus eius eſt, ibi Ieſus eſt, cum
uiderit diabolus hoſpitium tuum oc-
cupatum, & cæleſti fulgere præſen-
tia, intelliget locum temptamentis
ſuis eſſe interclusum per Chriſtum.
Tertium eſt ſpiritus delectatio. Vi-
Sap. 16. de in Sapientia dicitur. Panem de cæ-
lo præparatum præſtitiſti illis ſine la-
bore, omne delectamentum in ſe ha-
bentem, & omnis ſaporis ſuauitatem.
Quartum eſt, in bono animæ confir-
Pſã. 103. matio. Vnde Pſaltes. Panis cor homi-
nis confirmat. Quintum eſt uitæ
Ioã. 6. æternæ acquiſitio. Ioan. 6. Si quis
manducauerit ex hoc pane, uiuet in
Ioan. 6. æternum. Idem. Qui manducat meam
carnem, & bibit meum ſanguinem ha-
bet uitam æternam. Sextũ quia cõiun-
git capiti primo, ideſt, Chriſto. Vide-
Ioã. 6. dicebat Chriſtus. Qui manducat car-
nem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nem meam, in me manet, & ego in eo. Septimum quia ualet ad augmentum fidei. Auguſtinus. Adiũgite fidei rectæ uiam rectam, ut Chriſtum confiteamini uerbis ueradicendo, & factis benè uiuendo. Idem. Laus fidei eſt credere quod non uides, &c. Auguſ. Auguſ.

Corona promittitur quatuor generibus hominum.

PRimo, iuſtitiæ ſectatoribus. Vnde Paulus ad Timoteum dicebat. Bonum certamen certaui, cur rſu conſumaui, fidem ſeruaui, de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, &c. Secundo caſtitatis amatoribus. Ideo in Sapientia dicitur. Quàm pulcra eſt caſta generatio cum claritate. Tertio, temptationem ſufferentibus. Vnde D. Iacobus. Beatus uir qui ſuffert temptationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, &c. Quarto, in fide uſque ad mortem perſeuerantibus. Vnde Apoc. Eſto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ, &c. 2. Ti. 4. Sap. 4. Iac. 1. Apo. 2.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN